



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XIV. De habitu clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

354 GREGORIVS CONCILIVM FRIDERICVS II. IMP.
P. IX. HENRICVS III. R. ANGLIE.

sonatus, seu beneficia curam animarum habentia,
contra constitutionem Concilii generalis absque
dispensatione sedis apostolicae speciali præsumunt
in salutis suæ periculum detinere.

XIV.

Quoniam de habitu clericorum, qui non clericalis videtur, sed potius militaris, graue scandalum laicis generatur, firmiter statuendo præcipimus, ut ad formam tam de vestibus clericorum quam de ornamentis equorum in generali Concilio edictam per subtractionem beneficiorum ab episcopis restringantur, ita quod in mensura decenti vestes habeant, & cappis clausis vtantur in sacris ordinibus constituti, maxime in ecclesia, & coram prælatis suis, & in conuentibus clericorum & vbique in parochiis suis, qui cum animarum cura ecclesias suscepereunt. Et ut possint episcopi alios melius ad honestatem vestium, tonsuram & coronam decentem, & equorum ornamenta idonea coarctare, prouideant ut a suis clericis commensalibus hæc prius faciant obseruari, habentes eos in vestibus, calcaribus, frenis & sellis, clericalis gerentes habitum honestatis.

XV.

Innotuit nobis referentibus plurimis fide dignis, quod multi propriæ salutis immemores, matrimoniis contractis clandestine retinere cum viroribus ecclesias, & ecclesiastica beneficia adipsi, & de nouo promoueri ad sacros ordines, contra statuta sacrorum Canonum, non formidant. Deinde processu temporis, proli susceptæ de tali co-